

INCIPIIT EPISTOLA DECRETALIS ANNICII PAPAE AD UNIVERSOS GALLIAE  
EPISCOPOS DE ORDINATIONE<sup>1</sup> ARCHIEPISCOPORUM ET RELIQUORUM<sup>2</sup>  
EPISCOPORUM ET CETERIS EORUM CAUSIS.

[H. 1] Annicius universis ecclesiis per Galliae provincias constitutis in domino salutem.

- 5 Bonorum operum et spiritalium studiorum deum auctorem esse non dubium est, qui  
bonorum hominum incitat<sup>3</sup> mentes et adiuvat actiones, quod<sup>4</sup> nobis evidenter apparuerit<sup>5</sup>,  
cum inter longinqua spatia regionum unum corda vestra senserunt consilium et, quae  
desiderabatis<sup>6</sup> responsa, non unius, sed plurimorum epistolae intimarunt<sup>7</sup>.  
De ordinationibus<sup>8</sup> vero<sup>9</sup> episcoporum, super quibus nos consulere voluistis, olim in sancti<sup>10</sup>  
10 praedecessoris<sup>11</sup> nostri Anacleti quaedam iam decreta repperimus. Scimus enim beatissimum<sup>12</sup>  
Iacobum, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundum carnem frater domini nuncupatus est, a  
Petro, Iacobo et Iohanne apostolis Hierosolimorum<sup>13</sup> episcopum esse ordinatum. Si autem  
non minus quam a tribus apostolis tantus vir fuit episcopus ordinatus, patet<sup>14</sup> profecto eos  
formam<sup>15</sup> instituente domino tradidisse, non<sup>16</sup> minus quam a tribus episcopis<sup>17</sup> episcopum  
15 ordinari debere. Sed crescente numero episcoporum, nisi necessitas<sup>18</sup> intervenerit, debent<sup>19</sup>

### Quellen:

5-8: *Bonorum - intimarunt*, Leon. M. ep. 61. c. 1. (1,983). Cf. Fel. I. pp. 8.

10-15: *Scimus - debere*, sec. conc. Nic. praef. in cod. Quesnell. (Leon, op. ed. Baller. 3, 24.) et c. 4. conc. Nic. Cf. Anacl. 18.

14f.: *non - debere* sec. c 4. conc. Nicen. Cf. Anacl. 18, Ioann. III. pp. ep.

### Rezeption:

5-22: *Bonorum – pontificem*: Coll. ans. ded. I,90.

9-26: *De – ordinatio*: Ps.-Remedius c. 36 (17: *archiepiscopus] episcopus*); Burchard I,28; Bonizo II,25; Ivo, Decr. V,139.

<sup>1</sup> ORDINATIO VD38

<sup>2</sup> RELIQUORUM *korr. aus* RELINQUORUM VD38

<sup>3</sup> *am Rande* commovet VD38

<sup>4</sup> Quod *korr. aus* Quid VD38

<sup>5</sup> apparuit V630; I83; VD38

<sup>6</sup> desiderabatis *korr. aus* siderabatis VD38

<sup>7</sup> *am Rande* significaverunt VD38

<sup>8</sup> ordinationibus vero *korr. aus* ordinationibus N442

<sup>9</sup> vero *fehlt* I83

<sup>10</sup> sanctis I83

<sup>11</sup> predecessoris *korr. aus* precessori N442; predecessoris *korr. aus* predecessores V630; praecessoris I83

<sup>12</sup> beatissimus O93

<sup>13</sup> hierosolimam I83

<sup>14</sup> *am Rande* manifestum est VD38

<sup>15</sup> *am Rande* exemplum VD38

<sup>16</sup> non] non a V630

<sup>17</sup> episcopis *fehlt* VD38

<sup>18</sup> necessitatis N442

<sup>19</sup> debent *korr. aus* debet O93

etiam plures augeri. Id est, si archiepiscopus<sup>20</sup> diem<sup>21</sup> obierit et alter ordinandus<sup>22</sup> archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdem<sup>23</sup> provinciae episcopi ad sedem metropolim<sup>24</sup> convenient vel<sup>25</sup> ab omnibus ipse<sup>26</sup> ordinetur. Oportet autem, ut ipse, qui illis omnibus praeesse debet, ut<sup>27</sup> ab omnibus illis eligatur et ordinetur. Reliqui vero comprovinciales<sup>28</sup> episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus a tribus iussu archiepiscopi consecrari possunt episcopi. Sed melius est<sup>29</sup>, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit et cuncti pariter sacraverint pontificem. [H. 2] Et licet istud necessitate cogente concessum sit, illud autem, quod de<sup>30</sup> archiepiscopi consecratione praeceptum atque praedictum est, id est, ut omnes suffraganei<sup>31</sup> eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia, qui<sup>32</sup> illis praees, ab omnibus episcopis, quibus praees, debet constitui. Sin aliter praesumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita<sup>33</sup> erit eius secus<sup>34</sup> acta ordinatio. Ipse<sup>35</sup> autem archiepiscopus nihil de eorum causis aut aliis communibus iuxta<sup>36</sup> statuta apostolorum absque cunctorum illorum agat consilio, nec illi, nisi<sup>37</sup> quantum ad proprias

### Quellen:

16-19: *Id - ordinetur* sec. Leon. M. ep. 10. c. 5. (1, 638).

19-26: *Reliqui - ordinatio* sec. c. 19. conc. Ant. (D.).

27f.: *Ipse - consilio* sec. c. 35. apost. aut Ben. III. 106.

28f.: *nec - suo*, c. 9. conc. Antioch. (D.) aut Ben. III. 358. aut c. 43. Angilr. cf. Luc. 5. (Cf. Calist. 13, Luc. 3, Iul. 12.)

### Rezeption:

16-26: *si - ordinatio*: Sentenzen c. 161; Anselm v. Lucca VI,33; Deusdedit I,75 (16: *diem*] *de hoc saeculo*; 18f.: *Oportet - ordinetur* fehlt; 19-23: *Reliqui - illud* fehlt); Bonizo III,3 (16: *si*] *Si autem*; 16: *diem* fehlt); Ivo, Pan. III,10 (16: *diem* fehlt); Polycarpus II,8,2.

17-26: *archiepiscopus - ordinatio*: Gratian D. LXVI, c. 1 (17f.: *electus - ipse*] *ab omnibus suae provinciae episcopis*; 18-22: *Oportet - sit* fehlt).

19-21: *Reliqui - possunt*: Gratian D. LXIV, c. 4.

22-30: *Et - suis*: Coll. ans. ded. I,90.

27-30: *archiepiscopus - suis*: Gratian C. IX, q. 3, c. 5 (28: *illi*] *illi assumant*).

<sup>20</sup> archiepiscopus diem obierit et alter ordinandus archiepiscopus *korr. aus* archiepiscopus V630

<sup>21</sup> diem *fehlt* I83; VD38

<sup>22</sup> ordinatus I83

<sup>23</sup> eidem O93; I83; eiusdem *korr. aus* eidem V630

<sup>24</sup> metropolitani I83; VD38

<sup>25</sup> ut *korr. aus* vel V630; et VD38

<sup>26</sup> ipse *fehlt* VD38

<sup>27</sup> ut *fehlt* V630; VD38

<sup>28</sup> provintiales V630

<sup>29</sup> est si *korr. aus* est O93

<sup>30</sup> de *fehlt* VD38

<sup>31</sup> am Rande subiecti VD38

<sup>32</sup> qui illis] ille qui VD38

<sup>33</sup> am Rande vacua inanis VD38

<sup>34</sup> forinsecus VD38

<sup>35</sup> am Rande De metropolitanis N442

<sup>36</sup> am Rande Mentio canonum apostolorum N442

<sup>37</sup> nisi *korr. aus* si O93

30 parrochias pertinet, sine suo, quoniam<sup>38</sup> tali gaudet concordia altissimus et gloriatur in membris suis.

[H. 3] Nulli archiepiscopi primates vocentur nisi illi, qui primas tenent civitates, quarum episcopos apostoli et successores eorum<sup>39</sup> regulariter patriarchas vel<sup>40</sup> primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps<sup>41</sup> ad fidem<sup>42</sup> convertatur, cui necesse sit propter multitudinem episcoporum primatem constitui. Reliqui vero, qui alias metropolitanas<sup>43</sup> sedes  
35 adepti<sup>44</sup> sunt, non primates, sed metropolitani<sup>45</sup> nominentur.

[H. 4] Si<sup>46</sup> autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit et sine omnium comprovincialium praesentia vel consilio<sup>47</sup> episcoporum aut eorum aut alias causas<sup>48</sup> nisi eas tantum, quae ad propriam suam pertinent parrochiam, agere<sup>49</sup> aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne<sup>50</sup> talia deinceps praesumere audeat. Si vero incorrigibilis eisque inoboediens  
40 apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia episcoporum iudicia terminare praecepta sunt, eius contumacia referatur, ut vindicta de eo fiat, et ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem aut temporis incommoditatem vel itineris asperitatem grave<sup>51</sup> ad hanc sedem eius causam deferre<sup>52</sup> fuerit, tunc ad eius primatem causa<sup>53</sup> deferatur et

---

### Quellen:

31-35: *Nulli - nominentur*, Ben. III. 439. (III. 29).(c. 12. conc. Chalc. et c. 6. conc. Afric. D.). Cf. Steph. 9. (Clem. 28. 29, Anacl. 26. 29, Iul. 12, Fel. II. pp. 12. xiii.)

36-40: *Si - sedem* videntur exogitata a Ps.-Is.

40f.: *cui - sunt* ficta sec. Innoc. I. ep. ad Vict. Rothom. c. 3. (H. no. 7).

### Rezeption:

31-35: *Nulli – nominentur*: Coll. ans. ded. I,76; Ps.-Remedius c. 35; Ivo, Pan. IV,25; Polycarpus II,21,1; Gratian D. XCIX, c. 2 (34: *episcoporum* fehlt; 34f.: *vero – nominentur*] *Reliqui metropolitani nominentur, qui alias metropoles tenent*).

31-46: *Nulli – audiat*: Ivo, Decr. V,54.

36-39: *Si – audeat*: Anselm v. Lucca II,21.

36-41: *Si – habeant*: Sentenzen c. 191 (36: *autem* fehlt; 40: *praecepta*] *iussa*); Polycarpus II,24,3 (36:*autem* fehlt; 41: *timorem*] *metum*); Gratian C. IX, q. 3, c. 6 (36: *autem* fehlt; 40: *terminare*] *referr*).

36-44: *Si – iudicetur*: Ivo, Pan. IV,26.

36-46: *Si – audiat*: Coll. ans. ded. I,93; Burchard I,63; Bonizo III,19.

---

<sup>38</sup> *am Rande* De primatibus vel patriarchis I83

<sup>39</sup> apostolorum V630

<sup>40</sup> et V630

<sup>41</sup> *am Rande* ab hoc tempore VD38

<sup>42</sup> fide O93

<sup>43</sup> metropolitanus *korr. aus* metropolitanis O93

<sup>44</sup> *am Rande* adquisierunt VD38

<sup>45</sup> metropolitani *korr. aus* metropolita V630

<sup>46</sup> *am Rande* De fastu metropolitanorum N442

<sup>47</sup> consilio *korr. aus* consilia V630; concilio I83

<sup>48</sup> causas *korr. zu* causas agere VD38

<sup>49</sup> agere *fehlt* I83; VD38

<sup>50</sup> ne talia] nec alia VD38

<sup>51</sup> gravem V630

<sup>52</sup> deferre] deferre non posse V630

<sup>53</sup> causam VD38

45 penes ipsum huius sanctae sedis auctoritate<sup>54</sup> iudicetur. Similiter si aliquis episcoporum  
 proprium<sup>55</sup> metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem<sup>56</sup> dioceseos aut apud hanc  
 apostolicam sedem audiatur. Qui maior est vestrum, secundum dominicam iussionem sit  
 vester minister, et quanto<sup>57</sup> maior es in omnibus, humilia te ipsum.

Carissimi, nolite inter vos contendere, nec quaerat aliquis maior<sup>58</sup> esse, sed iuxta apostolum  
 diligite vos invicem, quoniam caritas ex deo est, et omnis, qui diligit, ex deo natus est et  
 50 cognoscit<sup>59</sup> deum. Qui non diligit, non novit deum, quoniam deus<sup>60</sup> caritas est. Pascite,  
 inquit princeps apostolorum, qui est in vobis, gregem dei providentes non coacte<sup>61</sup>, sed  
 spontanee secundum deum neque turpis lucri<sup>62</sup> gratia, sed voluntarie, neque<sup>63</sup> ut  
 dominantes<sup>64</sup> in cleris, sed formae<sup>65</sup> <sup>66</sup> facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps  
 pastorum, percipietis inmarcescibilem<sup>67</sup> <sup>68</sup> gloriae coronam.

55 Et iuxta alium apostolum: Fratres, memores<sup>69</sup> estote verborum, quae praedicta sunt ab  
 apostolis domini<sup>70</sup> Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient  
 illusores<sup>71</sup> secundum desideria sua<sup>72</sup> ambulantes impietatum<sup>73</sup>. Hi sunt, qui segregant  
 semetipsos animales<sup>74</sup>, spiritum<sup>75</sup> non habentes. Vos autem, carissimi, supraedificantes

### Quellen:

44-46: *Similiter - audiatur*, Ben. III. 314. aut c. 17. Angilr. (c. 9. 17.conc. Chalc. D.). Cf. Iul. 12. (Vict. 6, Sixt. II. pp. 3, Iul. 12, Fel. II. pp. 4, 12. xx.)

46f.: *Qui - ipsum*, Matth. XXIII. 11.

48-50: *Carissimi - est*, I Ioann. IV. 7. 8.

50-54: *Pascite - coronam*, I Petr. V. 2-4.

55-62: *Fratres - tunicam*, Iud. 17—23.

<sup>54</sup> auctoritatem I83

<sup>55</sup> proprium fehlt V630

<sup>56</sup> primatum O93

<sup>57</sup> quantum N442; I83

<sup>58</sup> maiorem I83

<sup>59</sup> cognoscet VD38

<sup>60</sup> deus fehlt I83

<sup>61</sup> am Rande invite VD38

<sup>62</sup> lucrum I83

<sup>63</sup> neque ut korr. aus neque O93

<sup>64</sup> dominantur I83

<sup>65</sup> am Rande exemplum VD38

<sup>66</sup> forma V630; I83

<sup>67</sup> am Rande incorruptibilem VD38

<sup>68</sup> inmarcisibilem VD38

<sup>69</sup> memores estote] memor esto O93; N442

<sup>70</sup> domini] domini nostri VD38

<sup>71</sup> am Rande deceptores VD38

<sup>72</sup> sua fehlt V630

<sup>73</sup> impietatum] in peccatum I83

<sup>74</sup> animales fehlt V630

<sup>75</sup> spiritus I83

vosmetipsos<sup>76</sup> sanctissimae vestrae fidei in spiritu sancto orantes ipsos vos in dilectione dei  
 60 servate, exspectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam aeternam. Et eos  
 quidem arguite iudicatos<sup>77</sup>, illos vero salvate<sup>78</sup> de igne rapientes. Aliis autem miseremini in  
 timore odientes eam, quae carnalis est, maculatam<sup>79</sup> tunicam<sup>80</sup>.

[H. 5] Prohibete<sup>81</sup>, fratres, per universas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici iuxta  
 apostolum comam non nutriant, sed desuper<sup>82</sup> caput in modum sperae radant, quia, sicut  
 65 discreti debent esse in conversatione, ita et in<sup>83</sup> tonsura et<sup>84</sup> omni<sup>85</sup> habitu discreti debent  
 apparere.

Haec vobis, fratres, ut petistis, custodienda mittimus et custodire praecipimus, ut in nomine  
 Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur,  
 quia dominus<sup>86</sup> Iesus Christus in gloria est dei patris. Data VIII Kal. Iunii, Gallicano<sup>87</sup> et  
 70 Rufino<sup>88</sup> vv.<sup>89</sup> cc. cons.

---

### Quellen:

63f.: *Prohibete - radant* sec. vit. Aniceti c. 2. in libr. pontif.

67-69: *ut in - patris*, Philipp. II. 10. 11.

Nota cons. desumta ex vit. Aniceti c. 1. in libr. pontif.

### Rezeption:

63-66: *Prohibete – apparere*: Polycarpus IV,32,8.

---

<sup>76</sup> vosmetipsos *korr. aus* metipsos O93

<sup>77</sup> iudicantes N442; I83; VD38

<sup>78</sup> salute O93

<sup>79</sup> *am Rande* corruptam VD38

<sup>80</sup> *am Rande* conversationem VD38

<sup>81</sup> *am Rande* De corona clericorum I83

<sup>82</sup> super VD38

<sup>83</sup> in *fehlt* N442

<sup>84</sup> et] et in I83

<sup>85</sup> omne VD38

<sup>86</sup> dominus] dominus noster VD38

<sup>87</sup> gallio I83; galligano VD38

<sup>88</sup> rufino vv. *korr. aus* rufino N442

<sup>89</sup> vv. *fehlt* O93; V630; VD38; cc. I83